



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1729. usque ad annum 1731

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1785**

**VD18 13322648**

§. 68. Nemausensis Episcopi oratio ad Regem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67677](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67677)

## §. LXVIII.

Sæc. XVIII.  
A. C. 1730.*Nemausensis Episcopi oratio ad  
Regem.*

Confecto hoc negotio Præsules generalibus suis comitiis finem imponere, ac propterea Nemausensis Episcopus die decima septima Septembris nomine totius Cleri pro more Ludovicum XV. Regem luculenta honorabat oratione, hujus tenoris. „Ut ad solium Majestatis vestræ pro inchoandis nostris comitiis cum omni fiducia accederemus, impulit Nos Regia illa, qua Præsulum homagia benignissime excepit, clementia, non minus ac validum illud patrociniū, quo nostrum Ministerium nostraque bona fovit, & Sessiones nostras potenti suo auxilio firmavit. Accessit quoque præter sapientiam & virtutem, qua Regia sua Majestas animos nostros perstrinxit, singularis etiam sollicitudo, qua Regia sua Majestas fidelis sui populi quietem, felicitatemque procurare semper intenta est: sicut ergo hæc omnia Nobis primo animum addidere, ita & nobis fiduciam instillant, ut nunc expirantibus hisce comitiis ad Regium Majestatis vestræ thronum aucto animi affectu & speciali gratitudi-



Sæc. XVIII, „tudinis sensu provolvamur. „ Post  
 A. C. 1730. Orator Regis Religionem & pietatem  
 promeritis laudibus efferens, Clero  
 Gallicano gratulatur, eo quod Ecclesie  
 prospera quæque sibi polliceri valeat  
 cum illam Rex pietatis suæ exemplum  
 honorasset, & constanti, semperque  
 vigili suo patrocínio sustentasset: quibus  
 mo quamvis id Ecclesia ab eo non peti-  
 tiisset, ipse ultro tamen malis, quibus  
 Eadem affligebatur, prudentissimam ob-  
 gem opposuisset, per cujus fidelem ob-  
 servantiam pristinae culpæ ad æquitatem  
 leges ita castigarentur, ut futuræ præ-  
 vertantur. His expositis Episcopus  
 Regem sic alloquebatur: „Noli con-  
 „cedere, ut impensum nobis patroci-  
 „nium reddatur inutile, nec ut fide-  
 „cia potestatis nostræ, quam nobis  
 „Christus ad ædificationem, non ad  
 „destructionem dedit, Ministerii no-  
 „stri fructum evertat; non enim De-  
 „cretum hoc Apostolicum, sed aperta  
 „rebellio contra illud Ecclesie iuris-  
 „dictionem, quod sua Majestas auctoritate  
 „Regia roboravit, sed tumultum inde  
 „in Regno exortorum violentia, sed  
 „(ut Regiæ suæ Majestatis veritas  
 „utar) *pertinacia, qua huic Constitutioni*  
 „*debita submissio denegatur: Hæc inquam*  
 „turbidos homines impulit, ut Ep-  
 „scopos, qui sese refractariis opponunt,  
 „velut



Sæc. XVIII.  
A. C. 1730.

„velut præcipitis ingenii Viros, ac in-  
 „quietos homines accusent, cum ta-  
 „men hi longe plures, majoresque  
 „culpas in iis dissimulent, quam juxta  
 „Canonicarum legum rigorem puni-  
 „verint. Non equidem de nobis præ-  
 „sumimus, perinde ac si ab omni nævo  
 „immunes effemus, credere autem,  
 „aut affirmare, quod omnes uncti a  
 „Domino perversa cogitent, & ex sola  
 „passione, & arbitrio cunctas suas a-  
 „ctiones & intent ones dimetiantur,  
 „quid hoc esset aliud, quam de Reli-  
 „gione, quam edocent, male sentire,  
 „de fide perperam judicare, & credere,  
 „quod Divinus Magister fidei suæ de-  
 „positum non nisi Prævaricatoribus  
 „commiserit: Ex unanimi ergo Epi-  
 „scoporum consensu de eorum æqui-  
 „tate ac integritate luculentum habe-  
 „tur testimonium: nos quoque ex Pro-  
 „vincialibus Conciliis speratum nobis  
 „pollicemur fructum, dummodo ea in  
 „omnibus Regni Provinciis & præci-  
 „pue in Narbonensi rite celebrari, Re-  
 „gia sua Majestas permiserit. „

Postea Orator Conciliorum utili-  
 „tatem deprædicans, subjunxit, per  
 „ea conservatur fides, & uniformis  
 „fidei professio, restauratur Disciplina  
 „vigor, mores emendantur, Hierar-  
 „chicus Ordo firmatur, corruptelæ  
 „eli-



Sæc. XVIII. „ eliminantur, & Episcopi separantur

A. C. 1730. „ de suis officiis probe instructi, habent

„ les redduntur, ut congregati circa

„ gravissimas causas unanime suffragio

„ gium ferre valeant. In ejusmodi

„ Conciliis consentiente Rege conveni-

„ catis, eoque protegente juxta Regis

„ leges celebratis, certo tranquillitate

„ tot votis exoptata revocari poterunt

„ quam tamen nunquam sperare licebit

„ nisi hæc in submissione erga fidei de-

„ ta, & in obedientia erga illos, quibus

„ extrinæ sunt Judices, sit probe firmata

„ Tandem Orator sermonem finem

„ absolvit his verbis Regem allocutus

„ Accedimus ad solium tuum, suppliciter

„ ces, ut nobis libertatem Ministerii

„ nostri salvam conservare digneris

„ Illius quidem exercitium usurpatum

„ violentia impedire, nunquam tamen

„ eripere potest, hanc libertatem tuam

„ & sanguinis nostri pretio redimere

„ unice cordi nobis est, cetera omnia

„ quantumcunque nobis chara, si

„ nostro caractere separari valeant, ob-

„ mittere parati sumus: nihil ambicio-

„ se, ac obstinate petimus, nisi quod

„ justum & æquum est, tantamque

„ profitemur reverentiam erga Majestatem

„ vestram, ut in omnibus, quæ in

„ viribus nostris sunt, eidem defertur

„ anhelemus: & si forte sacrata Regis

„ tu



„tui jura, quæ tamen potissima no  
 „strarum libertatum pars sunt, quas Sæc. XVIII.  
 „que nos Episcopi majori ceteris Zelo, A C. 1730.  
 „vigilantia, ac studio conservare ac  
 „defendere nitimur, etsi, inquam hæc  
 „jura in laicos Magistratus vestra au-  
 „toritate transferrentur, honori ta-  
 „men nobis ducemus, si & in hoc o-  
 „bedire, & ad beneplacitum tuum nos  
 „submittere poterimus. Hæc si etiam  
 „Majestatis vestræ voluntati litare, ne-  
 „cesse fuerit, pro nihilo reputabimus;  
 „horum enim jactura nec Religioni,  
 „nec characteri nostro nocet; quicquid  
 „enim nonnisi humanum est, homini-  
 „bus cedi potest, fidei autem depofi-  
 „tum, & Jurisdictio Episcopalis inde  
 „resultans est thesaurus noster, gloria  
 „nostra, & pignus nostrum; hæc no-  
 „bis eripi, nunquam patiemur; ea e-  
 „nim in acceptis referimus soli Deo,  
 „Ecclesiæ, populis, & Majestati ve-  
 „stræ, cujus Regnum in fide Catholica  
 „fundatur, & in ea firmiter radicitur  
 „semper. Nunc vero Nobis, non qui-  
 „dem titulus, quo fidei Judices nomi-  
 „namur, denegatur, illius tamen usus  
 „præpeditur; privati enim homines  
 „contra doctrinam Christi Domini Ma-  
 „gistri sui sese erigunt, inferiores Ec-  
 „clesiæ Ministri auctoritatem Prima-  
 „riorum Pastorum vilipendunt, evo-  
 „munt



Sæc. XVIII. „ munt acerbas declamationes, & in  
 A. C. 1730. „ pias subsanationes, quibus contra-  
 „ tiam eorum, qui Evangelium præ-  
 „ dicare non erubescunt, labefacta-  
 „ nituntur, & Ecclesiæ Judicium, quæ  
 „ sine extremo fidei nostræ detrimen-  
 „ eludi nequit, pessumdare satagunt  
 „ eo fine ipsi Metropolis nostræ Parochi  
 „ seditiosis suis scriptis epistolam Pa-  
 „ storalem sui Archiepiscopi palam in-  
 „ pugnarunt. Novi hi sectarii, ut pro-  
 „ meritas Ecclesiæ censuras eludant,  
 „ asserunt, damnata nonagesima prima  
 „ Quesnelli propositione Regni prince-  
 „ pia everti, excommunicationes tes-  
 „ dere ad eximendos subditos a fidele-  
 „ tate Regi debita: *Eo fine in suis scrip-*  
 „ *ptis publicarunt propositiones erroneas &*  
 „ *pernitiosas de censuris Ecclesiæ. His*  
 „ *arma spiritualia a Jesu Christo Ecclesiæ*  
 „ *relicta ad procurandam observantiam legum*  
 „ *atque ad punitionem peccatorum*  
 „ *rebellium, in his scriptis exposita fuerunt*  
 „ *contemptui populorum. Confusa fuerunt*  
 „ *omnia jura; quilibet fidelium relinquitur*  
 „ *pro judice solo proprio de valore aut legitimi-*  
 „ *titate excommunicationis, inspiratur*  
 „ *contemptus auctoritatis superioris, insub-*  
 „ *ordinata ad se erigendum & illusio mentium*  
 „ *qua hunc rebellionis spiritum tanquam legitimi-*  
 „ *tudinem & sanctitatem considerant &*  
 „ Excusa, Rex potentissime, questum  
 „ nostro



Sæc. XVIII.  
A. C. 1739.

„nostrorum vehementiam per doloris  
 „acerbitatem: ad Te solum nostras  
 „querelas deferimus, qui in Te solo  
 „asylum invenire speramus, & quidem  
 „longe efficacius securiusque, quam  
 „in severitate; etsi illam ipsimet salvis  
 „legibus in refractarios exercere po-  
 „tuissimus; spectata ergo moderatione  
 „nostra, supplicamus, nobis ita pro-  
 „spici, ne ex indulgentia nostra dam-  
 „num reportemus, nec nobis ministerii  
 „nostri libertas tollatur, qua nun-  
 „quam nisi ad tuendas Evangelii ve-  
 „ritates, & debitam illi obedientiam  
 „ac submissionem populis nostris instil-  
 „landam usuri sumus &c. „ Ceterum  
 „illa benevolentia, qua Rex tam Cleri  
 „Gallicani literas, quam hujus Epi-  
 „scopi orationes excepit, Montpessula-  
 „num Episcopum adeo non ad saniora  
 „reduxit, ut etiam has ipsas literas a  
 „Clero ad Regem datas die trigesima  
 „Novembris acriter impugnet, edita  
 „Pastorali Instructione ad suæ Diæcesis  
 „Clerum & populum directa.

§. LXIX.

*Parlamenti oppositio contra Cleri  
 Gallicani scripta.*

Insuper ipsum Parisiense Parlamentum  
 Nemausensis Episcopi sermonem,  
 Hist. Eccles. Tom. LXXIII. U &